



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

10. De supplenda negligentia Prælatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

S V M M A R I V M.

- 1 Eligere debens si infra sex menses non elegit, electio deuoluitur ad superiorem.
- 2 Eligere ad beneficia vacantia infra sex menses debent et ad quos electio spectat.

C A P. Dilecto. V. & ult.

Eligere debens si infra sex menses non elegit, electio deuoluitur ad superiorem nullo appellationis obstaculo suffragante. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zab. Collect. Host. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imola. Panorm. Butr. Bald. Viuian. in rat. en. primi libri iuris Pontif. pag. 270. Alagon. in compend. iuris Canonici pag. 93. remissum Ximen. in concord. p. 1.

Procedere ad electionem, &c.] Notatur ad hoc quod ad beneficia vacantia infra sex menses eligere debent et ad quos electio spectat, ut docet Abb. per text. in c. dilectus, de concess. prob. num. 2. quem refert & sequitur Nicol. Garc. de benefic. l. 1. §. 2. num. 2. ubi n. 3 & 4. id limitat in Ecclesiis respectu principalis Prælati, nempe Episcopi, & in Regularibus, in quibuscumque etiam Prælati principalibus perpetuis, quocumque nomine nuncupentur, siue Abbates, siue Priores, siue Præpositi, quæ Ecclesiæ suis principalibus Prælati ob maius periculum impendens, siue imminens ultra tres menses vacare non debent, c. postquam §. o. dist. c. obeuntibus 63. dist. cap. 1. e. pro defectu, sup. de elect.



De Temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.

TIT. XI.



SUPER hanc rubr. scripserunt Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Panormit. Anchar. Butr. Petr. Alphonsi. de Valconcellos in harmonia rubricarum iur. Canon. Mart. Melnartius in epitom. Decret. fol. 17. Guillem. Durand. Specul. in breuiario auro iuris Canon. fol. 19. Dan. Venator, in analysi methodica iuris Pontific. à pag. 60. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decretalium, Barthol. Carthag. in exposit. titulorum iur. Canon. omnes sub hoc tit. Zypæ. in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. pag. 42. sub tit. de ordinandis pag. 44. nouissimè Ioan. Honor. lib. 1. summ. in Decretal. omnes sub hac rubr.

De materia huius tit. vide Nau. tom. 1. consil. ubi sub hoc tit. 47. consilia cinnulani, & quatuor Iacob. de Grassis tom. 1. suorum consiliorum, & Sayr. in floribus decis. sub hoc tit. 65. decis. tradit. Rebuff. in praxi benefic. p. 2. tit. de clericis ad sacros Ordines malè promotis, Steph. Quaranta in sum. Bull. verba, Ordo. vers. deuenio ad secundum requisitum, Henric. in sum. lib. 1. c. 12. Franc. Leo in thesaur. fori Eccles. p. 1. c. 4. n. 20. Vgolin. de potest. Episc. c. 26 §. 2. 5. Bonac. de Sacram. disp. 8. qn. unic. punct. 6. Bernard. & Salzed. in pract. canon. crimin. c. 26. in nouissima edit.

S V M M A R I V M.

- Ordines sacri diebus Dominicis, vel Sabbato Pentecostes ab alio quàm à Papa conferri non debent.

- 2 Papa quolibet tempore Ordines etiam sacros conferre potest.
- 3 Papa potest ex speciali gratia Episcopo concedere ut Ordines extra tempora conferre possit.
- 4 Dispensare potest Papa, ut extra tempora statuta quis possit ab aliquo Antistite ad sacros Ordines promoueri.
- 5 Patres Societatis Iesu possunt extra tempora à iura statuta Dominicis, vel aliis diebus festiuis Ordines suscipere.
- 6 Virginum consecratio solis diebus festiuis facienda est.
- 7 Ordines minores quolibet Dominica, aut festina die conferri possunt.

C A P. Subdiaconos. I. Alex. III.

Subdiaconatum diebus Dominicis nullus potest dare præter Papam, licet possit consecrare Virgines, & conferre Ordines minores diebus Dominicis. Item nulli licet dare sacros Ordines in Sabbato Pentecostes, sed in sequenti hebdomada. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zab. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Henric. Anch. Host. Innoc. Panorm. Butr. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 275. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 96. remissum Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. Ang. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 6. c. 1.

Nisi Romano Pontifici liceat, &c.] Notatur ad hoc quod Romanus Pont. quolibet tempore Ordines etiam sacros conferre potest, ut per Rebuff. in praxi benefic. p. 2. tit. de clericis malè promotis, gloss. 1. n. 11. & 12. Hætiq. in sum. lib. 10. c. 12. §. 1. Maiol. de irregul. lib. 3. c. 24. n. 9. Salzed. ad Bernard. in pract. c. 26. lit. A. vers. & licet.

Potest enim Summus Pont. Episcopo concedere ex speciali gratia ut Ordines extra tempora conferre possit, ut per Rebuff. d. gloss. 1. n. 12. Stephan. Quaranta in summa Bullar. verbo, Ordo, vers. deuenio ad secundum, in fine. Maiol. de irregul. lib. 3. c. 14. n. 9. Vgolin. de offic. Episc. c. 26. §. 25. à prim. Homobon. de Bonis de exam. Eccles. n. 2. tr. 2. c. 1. q. 12. Et dispensare ut extra tempora statuta quis possit ab aliquo Antistite ad sacros Ordines promoueri, Rebuff. super reg. 2. 1. Cancel. vers. item hoc concedere potest. Portel. in dubiis Regular. verbo Ordines sacri, n. 4. Monet. de commut. ult. volunt. c. 10. n. 184. Homobon. de Bonis de examine Eccles. tr. 2. c. 1. q. 13. Vide Patres Soc. Iesu ordinari possunt ad quoscumque Ordines etiam maiores extra tempora, ex indulto Greg. XIII. ipsis concessio, dato Tusculi 22. Septemb. 1582. Virtute tamen aliorum priuilegiarum à Summis Pont. ante Concil. Trid. concessorum non posse Regulares nunc ab Episcopis ordinari sacris Ordinibus extra tempora resoluit Miranda in manuali Prælat. tom. 1. q. 39. art. 4. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiepisc. Neapol. decis. 93. n. 6. p. 4.

Quamvis consecrandi, &c.] Notatur ad hoc quod Virginum consecratio solis diebus festis facienda est, ut per Campan. in diuersorio iur. Canon. rubr. 12. c. 16. n. 78. post med. Salzed. d. c. 26. lit. A. vers. sine licentia, quem refero de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 27. n. 54.

Et minores Ordines.] Notatur ad hoc quod qualibet Dominica, aut festina die minores Ordines possunt conferri, de quo est text. capitalis in cap. de eo, infr. hoc tit. ubi dicemus.

S V M M A R I V M.

- 1 Consuetudo non valet quod extra statuta tempora sacri Ordines conferantur, & n. 2.
- 3 Multitudini delinquentium parcitur.

C A I.

CAP. Sanè. II.

Confuetudo illa firmitatem non obtinet, qua introductum fuerit, quoddam sacri Ordines extra statuta tempora ministrantur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Host. Anch. Bald. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Anan. Butr. Panorm. Henric. Boich. Viu. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 275. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 96. remissive Ximen. in concord. part. 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 6. c. 2. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 26. c. 24.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Rebuff. in praxi benefic. p. 2. tit. de clericis ad sacros Ordines male promotis, gloss. 1. n. 14. & 15. Salzed. ad Bernard. in pract. c. 26. lit. A. vers. nec ea, Steph. Quaranta in sum. Bull. verbo Ordo, vers. deuenio ad secundum, ibi, amplia, &c. Vgolin. de offic. & potest. Episc. c. 26. §. 2. n. 1. in fine, Henric. in sum. lib. 10. c. 12. §. 2. Aloys. Ricc. in decis. Curie Archiep. Neapol. part. 4. decis. 93. n. 2.

Nisi multitudo, &c.] Notatur ad hoc quoddam multitudini delinquentium paritur, ut per Tiraq. de penis temper c. 47. a principio.

Quod consuetudo illa &c.] Vide Conan. comment. iuris civilis, lib. 1. c. 10. n. 9. Nicol. Genoa in conciliatione legum in iure contrarium fol. 435.

SUMMARIUM.

- Ordines minores conferri possunt diebus festiuis, sacri verò conferri debent in quatuor temporibus, vel Sabbato sancto, vel Sabbato de Passione.
- Ordines minores Dominici, & aliis festiuis diebus possunt Episcopi conferre.
- Prima tonsura omni tempore conferri potest.
- Ordines minores fas est Episcopo dare feria sexta Vespere precedente Sabbatum, in quo de iure Ordines sacri conferuntur.
- Festiui dies, quibus Episcopi minores Ordines conferre possunt, debent esse de precepto.
- Ordines sacros quibus temporibus Episcopi dare possint, ostenditur.
- Minores ordines an una die Episcopus dare possit, ostenditur.

CAP. De eo. III.

Episcopis licitum est Dominicis, & aliis festiuis diebus vnum, vel duos ad minores Ordines promouere, sed ad sacros non nisi in quatuor temporibus, & Sabbato sancto, ac Sabbato ante Dominicam in Passione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Anchar. Hostiens. Anan. Panorm. Butr. Henric. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 276. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 96. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 6. c. 3. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 26. c. 25.

Quod licitum est Episcopis Dominicis, &c.] Notatur ad hoc quoddam Dominicis, & aliis festiuis diebus Episcopi minores Ordines conferre possunt, ut per Sylu. verbo Ordo, in 2. num. 6. Viuald. in candelabro aureo, tit. de Sacram. Ordinis, n. 36. vers. tertia conclusio, Rebuff. in praxi benefic. p. 2. tit. de clericis ad sacros Ordines male promotis, n. 2. & 3. Jacob. de Grassis in decisionibus aureis, lib. 3. p. 2.

Tom. I.

c. 12. Fr. Emman. in sum. tom. 2. c. 16. n. 3. Thom. Valasc. allegationum iuris, tom. 1. alleg. 4. n. 4. Monet. de commut. ult. volunt. c. 10. n. 184. Homobon. de Bonis de examine Eccles. tract. 3. c. 8. q. 69. vers. item minores, metipsum de officio, & potestate Episcopi, p. 2. alleg. 11. n. 17. Prima tamen tonsura omni tempore conferri potest, Armil. verbo, Ordo, num. 7. Fr. Emman. d. n. 3. Henric. lib. 10. c. 12. §. 1. Thom. Valasc. d. alleg. 4. n. 3. Ego ipse d. alleg. 11. n. 19.

Consuetudo vbique recepta concedit, feria sexta Vespere precedente Sabbatum, in quo de iure Ordines sacri conferuntur, Episcopis fas esse Ordines minores dare, quasi in hoc officio censetur incipere dies Sabbati pridie Vespere, refert Henric. d. c. 12. §. 2. vbi etiam reddit rationem, ut scilicet ipsi ea cura vacarent, possintque in Sabbato maiori cum solemnitate sacros Ordines dare: item & asserit ex communi praxi & consuetudine Episcopos habere potestatem promouendi ad minores Ordines Feria quarta quatuor Temporum.

Festiuis diebus,] Scilicet de precepto, Viuald. in candelabro aureo, p. 1. tit. de sacram. Ordinis, n. 35. vers. tertia conclusio, quem refero de officio, & potest. Episc. p. 2. alleg. 11. n. 18. quicquid dicat Azor. insit. moral. p. 2. lib. 1. c. 27. q. vlt. Et sufficit si in diebus sit solemnitas diei festi, licet vbique non celebretur, ex traditis per Henric. in sum. lib. 9. c. 28. §. 1.

Sed ad Subdiaconatum &c.] Notatur ad hoc quoddam Subdiaconatum, aliisque sacros Ordines non nisi in Sabbatis quatuor Temporum, aut Sabbato sancto, vel in Sabbato ante Dominicam de Passione nullis Episcoporum præter Romanum Pont. aliquos ordinare licet, ut per Salzed. ad Bernard. in pract. c. 26. lit. A. vers. item sacri Ordines. Francisc. Leo in thesauro fori Eccles. p. 1. c. 4. n. 2. c. Vgolin. de potest. Episc. c. 26. §. 2. n. 1. vers. 1. Bonac. de Sacram. disp. 8. q. vnic. puncto 6. n. 1. vers. 1. Aloys. Ricc. in decis. Curie Archiep. Neapol. p. 4. decis. 93. metipsum d. p. 2. alleg. 17. a princ. & disponit Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 8.

Nota quod Episcopus potest maiores Ordines Dominicam sequenti post Sabbatum, in quo dari possunt, conferre, si causa subsit, dummodo ieiunium Sabbati continuet usque ad Dominicam, quod continuari dicitur post Missam Sabbati, nisi sumperit ablutionem, ita Henric. in sum. lib. 10. c. 12. n. 12. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 11. dub. 13. Diana resol. moral. p. 2. tr. 2. miscel. resol. 311.

Vnum aut duos ad minores Ordines promouere.] Notatur ad hoc quoddam licet Episcopo vnum ad omnes minores Ordines vnica die promouere, gloss. verbo, minores in c. 12. infr. de eo, qui furtim Ordines suscepit, Mandos. super reg. Cancel. 24. de male promotis, quest. 1. num. 9. Rebuff. super reg. 23. vers. item cupient, Guttier. canon. lib. 1. c. 25. n. 31. & 32. Bonacina d. quest. vnic. puncto 5. num. 31. Verum attenda noniori dispositione Concilij Trid. sess. 23. de reform. c. 11. in illis verbis, ibi, atque ita de gradu in gradum ascendant, ut in eis cum atate vitæ meritum, & doctrina maior accrescat, &c. laudabilis erit abstinere, nisi immineret necessitas; vel alia vrgens causa bene visa Episcopo, ut aduertunt Mirand. in manuali retractorum, tom. 1. q. 38. art. 5. concl. 2. Marc. Anton. variar. resol. lib. 1. resol. fin. casu 26. Inter vnum igitur, & alterum minorem Ordinem poterit esse interuallum, quod daretur de vno die festo ad alium proximum, Campan. in diuersorio iur. Canon. rubr. 6. c. 3. num. 13. Vel tutius interueniente interuallo de vno ex temporibus generalium ordinationum ad aliud, Maiol. de irreg. lib. 3. c. 24. num. 13. Vgolin. de potestas. Episc. c. 26. §. 27. num. 4. Tamen si consuetudo adfuerit, que permetteret quatuor minores Ordines & Subdiaconatum vna die conferri, absque aliquo suspensionis, vel irregulari-

O 1

tatis metu seruanda est, Soat. ad 3. p. D. Thom. tom. 5. disp. 31. sect. 1. n. 41. Campan. d. rubr. 6. c. 2. n. 2. Guttier. canon. lib. 1. cap. 26. n. 31. & 32. Fr. Emman. q. Regu. tom. 1. q. 23. art. 4. Cened. ad Decret. collect. 173. n. 1. & 2. Bonacina de censuris disp. 7. q. 3. puncto 4. n. 3. refert decusum Amend. ad recopilationem legum Nauarra, lib. 1. tit. 18. l. 1. num. 57. quicquid Menoch. de arbitr. casu 564. n. 8. aduertat Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 1. omnem sustulisse consuetudinem, quod etiam tenent Salzed. ad Bernard. in pract. c. 25. lit. C. verbo, una, eademque die.

S Y M M A R I V M.

- 1 Criminosus occultus moueri potest ne promoueat ad Ordines, sed promoueri non potest.
- 2 Occultum crimen quod dicatur, remissum.
- 3 Impedimento occulto laborans si publice Ordines petat à proprio Episcopo casu, quo tenetur eos conferre, non potest expelli.
- 4 Consensu metui alterius pro conuictio habetur.

CAP. Ex tenore. IV.

Clericus, qui occulte commisit tale crimen, quod si esset manifestum, degradaretur ab Ordine suscepto, & debet admoneri, ne ad superiores Ordines ascendat, sed si velit ordinari, non potest prohiberi cum crimen sit occultum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Host. Innoc. Henric. Boich. Panorm. Bald. Butr. Anch. Viuian. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 276. Alagon. in compendio iuris Canonici, pag. 97. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 6. c. 5. & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. p. 50. c. 3.

De materia huius text. agit eleganter Illustriss. D. meus Rodericus à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus in comment. ad sum. disp. 49. n. 6. cum seqq.

- 2 Occultum.] Occultum crimen quod dicatur, & qui sint casus occulti, in quibus Episcopus dispensare valet, late tractauit de officio. & potest. Episc. p. 2. alleg. 39 à n. 20. cum seqq.
- 3 Verumtamen quia peccatum occultum, &c.] Notatur ad hoc quod laborans impedimento occulto, vt irregularitate, si publice Ordines petat à proprio Episcopo casu, quo tenetur eos conferre, non potest expelli, vt per D. Anton. part. 3. tit. 14. c. 16 §. 1. Syluest. verbo, Ordo, §. 9. 7. quos refert, & sequitur Sanch. de Murim. lib. 3. disp. 15. n. 8. vers. quarto. Nullum enim crimen enorme, & depositione dignum, dum manet occultum, facit irregularem, Nau. sub hoc tit. conf. 42. in nouis, Sayr. in floribus decis. sub eod. tit. decis. 93. vbi aduertit Congregationem Cardinalium censuisse cap. 1. Concil. Trid. sess. 24. de reform. locum habere etiam in clericis secularibus, ita vt text. in presenti corrigatur per cap. aures, infr. hoc tit. quicquid Nau. d. conf. 42. contrarium docuerit.
- 4 In gloss. Utatur, ibi, vel timore probationem confessus, &c.] Notatur ad hoc quod consensu metui alterius pro conuictio habetur, vt per Tiraq. de temper. c. 36. n. 9. & 16.

S Y M M A R I V M.

- 1 Religiosus contra prohibitionem sui Prelati ordinari non debet.

- 2 Religiosos ordinare non possunt Episcopi sine literis, & licentia suorum Praetorum.
- 3 Religiosus contra prohibitionem sui Prelati ordinari non potest.
- 4 Ordinarij ad Ordines promouere possunt quos indicauerint assumendos.
- 5 Appellatio non datur ab Episcopo nolente Ordines conferre.

CAP. Ad aures. V. Lucius III.

Regularis sine voluntate sui superioris ordinari non debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Host. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Anan. Butr. Panorm. Henric. Boich. Viuian. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 277. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 97. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 6. c. 4. & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. p. 16. c. 12.

Probat hic text. quod Episcopi non possunt ordinare Religiosos sine literis, & licentia suorum Praetorum, Syluest. verbo, religio 7. Maiol. de irreg. lib. 4. cap. 20. num. 1. Fr. Emman. quest. regul. tom. 1. quest. 24. artic. 1. constatque euidenter ex Concil. Trident. sessione 14. de reformat. cap. 1. traditque Nau. conf. 15 post num. 1. sub hoc tit. in nouis, sed cum licentia ad manus Episcopi peruenit, suum non erit inquirere si nomina eiusdem Religiosi ordinari volentis, & d. fiderium fuerit propositum in Ecclesia, testimoniumque extet de illius natalibus, aetate, moribus, & vita à fide dignis, quae in ordinandis omnibus inquirenda esse decernit Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 5. Siquidem Congregationi Concilij censuit ad Regulares minimè extendi dispositionem praefatam, quibus satis sit Episcopo testimonium habere ab Ordinandorum superioribus Regularibus affirmantibus, & attestantibus praedictos nullo requisitorum indigere, eiusque fidei standum esse praeterquam circa doctrinam, pro qua subiiciuntur Episcoporum examini, quod refert Vgolin. de potestate Episcopi, c. 26. §. 18. n. 2. vers. tertio excipiuntur Regulares, & §. 20. n. 8. Ludouic. Miranda in manuali Praetorum, tom. 1. quest. 28. art. 2. Campan. in diversis iuris Canonie. rubr. 12. c. 13. n. 53. Et praeterquam circa interstitiorum dispensationem, quae ab Episcopo eis concedenda est, ex causa sibi per attestationem suorum superiorum manifesta, vt docent Pialec. in praxi Episcopi, p. 1. c. 1. num. 50. pag. 58. Henric. in sum. lib. 10. c. 23. §. 4. in commento, lit. L. Prosp. de Angulino in addit. ad Quarant. verbo Ordo in fine, Vgolin. d. c. 10. §. 1. n. 2. & c. 26. §. 27. n. 3. Homobon. de Bonis in examine Eccles. tract. 2. cap. 2. quest. 14. in fine, Portel. in dub. Regular. verbo Ordines sacri, num. 5. Ludouic. Miranda d. tom. 1. quest. 8. artic. 7. conclus. 1. vbi conclus. 3. resoluit Abbates Regulares qui per se ipsos Ordinibus minoribus subditos suos Regulares possunt ordinare, ipsosque ordinauerint, ad eisdem spectare, non verò ad aliam cum eis in interstitiis dispensate, Mofes. in Theolog. moral. tract. 2. c. 1. n. 56. vbi aduertit ex declaratione S. Congregationis debere Episcopos se conformare cum supplicatione superiorum Regularium, quia ad ipsos superiores spectat providere circa vtilitatem, & necessitatem Ecclesiarum suarum.

Nec est in hac parte, &c.] Notatur ad hoc quod religiosus contra prohibitionem sui Prelati ordinari non potest, quod etiam quod faculares disponit Conc. Trid. sess. 22. de reform. c. 2. vers. nisi tibi, vbi committitur Ordinariis ad

S V M M A R I V M.

ad Ordines illos promovere, quos iudicauerint assumendos, quæ verba denotant arbitrium boni viri, hoc est, voluntatem rationi submissam, l. fideicommissaria 2. de fideicommissi. libert. glo. verbo, visum, in c. 2. de corpore viri. Lap. alleg. 60. num. 3. & propterea si Episcopus legitime non interponat arbitrium, Deum solummodo iudicem habet, glo. verbo, relinquatur, in c. statutum, §. accessorem, de rescript. in 6. Calcan. conf. 18. n. 7. Et propterea non datur appellatio, quia superior non potest animum, & conscientiam inferioris immutare, Bald. in l. 1. num. 10. vers. scias tamen, C. de sentent. ex breuiculo recit. Cou. var. lib. 2. c. 12. n. 3. vers. & ab eo, & tenuit Rot. in vna Elboreñ. Ordinum 25. Iunii 1618. coram R. P. D. Remboldo, & iterum in altera Elboreñ. Ordinum 18. Febr. 1619. coram Reuerendiss. D. Decano, resoluit Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. resol. 587. in edit. alias 693. in 1. edit.

6 In glof. Obedientiam. De materia huius glossa latè agit Fr. Emman. d. tom. 3. q. 20. art. 4. cum seqq.

S V M M A R I V M.

- 1 Metropolitanus ab omnibus Suffraganeis consecratur, Suffraganeus vero à tribus Metropolitanis iubente.
- 2 Metropolitanus ad consecrationem debent omnes Episcopi Comprovinciales venire.
- 3 Archiepiscopus potest vocare Suffraganeos pro consecratione alterius Suffraganei, ad cuius consecrationem tenentur venire.
- 4 Factum à maiori parte in his, quæ sunt communia pluribus ut singulis, etiam si essent mille non valent nisi omnes consentiant.

C A P. Si Archiepiscopus VI.

- 1 Metropolitanus debet consecrari ab omnibus Suffraganeis in sua Cathedrali, Episcopus verò do consensu omnium à tribus eligendis à Metropolitanano, sed melius esset si ab ipso Metropolitanano, præsentibus omnibus consecraretur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Henric. Anch. Host. Innoc. Panor. Butr. Viu. in ration. primi libr. iur. Pontif. pag. 278. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 98. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 4. de elect. cap. 9.
- 2 Omnes Episcopi, &c.] Notatur ad hoc quòd ad consecrationem Metropolitanus debent omnes Episcopi Comprovinciales venire, Quaranta in summa Bullar. verbo, Archiepisc. auctoritas num. 4. vers. sexta, Marc. Ant. Genuen. in praxi Archiep. Neapol. c. 70. n. 20. Tres tamen Episcopi suffraganei Metropolitanum, vel Primatem consecrant, reliquis suffraganeis per literas saltem contententibus, Henric. in sum. lib. 1. c. 24. n. 1. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 1. q. 48. n. 13.
- 3 Inssu Episcopi.] Notatur ad hoc quòd vocati ab Archiepiscopo pro consecratione alterius suffraganei tenentur accedere, ut per Cardin. Alex. in c. si Episc. 18. dist. Quaranta d. n. 4. vers. septima, Marc. Ant. Genuen. d. c. 70. n. 27. qui etiam tenent sibi consecrari debere ubi vult Metropolitanus.
- 4 In glof. Ab omnibus. Notatur ad hoc quòd factum à maiori parte in his, quæ sunt communia pluribus ut singulis, etiam si essent mille, non valet, nisi omnes consentiant, ut per Duen. reg. 265. vide sup. ad cap. cum omnes n. 6. de constitut.

Tom. I.

- 1 Summatum ut in superiori Capitulo.
- 2 Consecratio Episcoporum à minori numero, quam trium Episcoporum fieri non potest.
- 3 Episcopus si vnus propria auctoritate alterum consecraret, consecratus Ordinis potestatem non habet.

C A P. Ne Episcopi. VII.

Concil. Arelaten.

Deciditur idem quod superiori Capitulo, & additur quòd si Episcopi respondentes per literas dissentiant, Metropolitanus maiori numero consentire debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Host. Innoc. Henric. Panor. Butr. Anch. Viu. in rationali primi libri iur. Pont. pag. 278. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 98. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 4. de elect. c. 4. Et est secunda Synodus Arelatenfis ex quatuor relatis per Fr. Franc. Longum Capucc. in compend. Conciliorum Provincialium, auctoritate Romani Pont. vel vfu Ecclesiæ comprobatorum, pag. 366. ubi refert congregatam fuissè anno 311. sub Syluestro Papa, in qua Patres 300. statuerunt Canones 23.

Sine tribus.] Notatur ad hoc quòd Episcoporum consecratio à minori numero, quam trium Episcoporum fieri minimè potest, ut per Henric. in sum. lib. 10. c. 7. §. 3. & c. 14. §. 1. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 1. q. 48. n. 13. quos refero ego ipse in offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 1. n. 45. quibus addo Azor. inssu. moral. p. 2. lib. 3. c. 30. vers. queret item, Valq. de Ordin. disp. 243. c. 6.

In glof. Sine tribus, ibi, alias non esset consecratus. Notatur ad hoc quòd si vnus Episcopus propria auctoritate alterum consecraret, consecratus Ordinis potestatem non haberet, de quo tamen vide S. Anton. in sum. p. 3. tit. 16. c. 15. §. 9. post med. Syluest. verb. consecrat. 1. in princ. Valq. d. c. 6. ex n. 59. Azor. inssu. moral. p. 2. lib. 3. c. 30. q. 3. in fine.

In ead. glof. ibi, traditur forma consecrationis ab Apostolis. Vide per me tralita de offic. & potest. Episc. p. 1. tit. 1. c. 5. n. 5.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinatus extra tempora suspenditur donec dispenseetur cum eo, & ordinans puniatur.
- 2 Episcopus, qui Ordines contulit extra tempora, graui pena plectendus est.
- 3 Ordines suscipiens extra tempora quam penam incurrat ostenditur.

C A P. Cum quidam. VIII.

Vrbanus III.

Ordinatus extra tempora est suspensus à susceptis, donec Papa cum illo dispenseet, & ordinans puniatur Canonica disciplina. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Io. Andr. Henric. Anch. Anan. Host. Innoc. Panor. Butr. Viu. in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 279. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 98. remissive Ximen. in concord. p. 1.

Probat hic text. Episcopum, qui Ordines contulit extra tempora, graui pena plectendum esse, ut per Salzed.

O 3

Salzed. ad Bernard. in tr. c. 26. lit. A § & licet, in fine. Nam priuatur potestate Ordines conferendi quovisq; à Papa restituitur, & sanè, sup. hoc tit. Non igitur mihi placet quod Salzed. loco proxime citato dicit, scilicet hunc suspensum esse per annum ex sacro Conc. Trid. sess. 23. de ref. m. c. 8. quia illa pena refertur ad eum, qui sine testimonio sui Ordinarij Ordines suscipit, vt tenet Vgolin. de offic. & potest. Episcop. c. 16. §. 2. n. 2.

³ Et ordinatos à susceptis Ordinibus, &c.] Notatur ad hoc quod extra tempora Ordines suscipiens tandiu ab eorum executione suspensus est, quandiu Romani Pont. indulgentia restitutionis gratiam consequatur, vt per Salzed. vbi proxime. Attenta verò constit. Pij II. incip. Pius, 15. Kal. Decembr. an. 1401. qui ad aliquem ex sacris Ordinibus se fecerint promoueri, à sacrorum Ordinum executione ipso iure suspensi sunt, & si huiusmodi suspensione durante in eisdem Ordinibus ministrare præsumperint, eo irregularitatem incurrunr, & ultra alias penas in tales generaliter à iure infictas, etiam decedit beneficiis Ecclesiasticis posse iure priuari, cuius Bullæ tenorem refero ego ipse de offic. & potest. Episcop. p. 2. alleg. 17. n. 10. vbi numeris seqq. circa eius intellectum aliqua non contemnenda sunt notata, & in primis n. 12. quod clerico in maioribus constituto Ordinibus durante huiusmodi suspensione non possunt beneficia conferri, secus verò si in minoribus sit constitutus, Fr. Lud. Mirand. in manuali Pralat. tom. 1. quest. 19. art. 7. concl. 1. in fine. Quæ quidem Pij II. constitutio semper obseruata fuit & confirmata per Summos Pont. inter regulas Cancellariæ, prout referunt Clemens VIII. & Paulus reg. 23. & Greg. XV. reg. 24. Nec attenditur in hac parte const. Sixti V. contra clericos malè promotos, quia postea successit Clementis VIII. sanctio dicti Sixti V. constitutionem restringens ac modificans, eamque ad terminos tantum sacrorum Canonum, constitutionisque Pij II. & Conc. Trid. redigens.

CAP. Cùm secundum. I X.

Cælest. III.

¹ Græci à Latinis, & Latini à Græcis non ordinantur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabab. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Innoc. Henric. Anan. Panorm. Anch. Butr. Vin. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 279. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 98. remissuè Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 2. Decret. lib. 1. tit. 7. c. 1.

² Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 48. q. 14.

CAP. Ex parte. X. Innoc. III.

¹ Monachus ex vna Religione transiens ad aliam, si in secunda sumit Ordines, & reuertitur ad primam, potest administrare in susceptis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabab. Collect. Host. Anch. Bellam. Io. Andr. Innoc. Anan. Butr. Panorm. Henric. Boich. Vin. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 280. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 98. remissuè Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 9. c. 2.

² In gloss. Ad micos, ibi, vel die quod non est apostata, nisi qui ad seculum redit. Notatur ad hoc quod non est propriè & in rigore censendus apostata Religiosus, qui post solemnem professionem egreditur Monasterium animo intrandi aliud, licet laxius, vt per Syluest. verbo,

apostasia, & fuga Monachorum, q. 4. quem refert, & sequitur Mirand. in manuali Pralat. tom. 1. q. 51. concl. 1. in med. Ant. Ricc. in tr. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 8. c. 3. n. 3.

CAP. Quod translationem. XI.

Clericus Latinus si ordinetur ab Episcopo Græco, ritu Græco sine licentia sui Ordinarij, interdicatur ab executione suscepti Ordinis si cum licentia Ordinarij, quandiu talis mos ab Ecclesia toleratur non est impediendus, sed Ordinarius culpandus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabab. Collect. Anch. Bellam. Host. Io. Andr. Innoc. Anan. Panorm. Butr. Vin. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 281. Alagona in compend. iuris Canonici. pag. 93. remissuè Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 9. c. 3.

Probat hic text. Latinum Episcopum non posse concedere vt clericus Latinus sibi subiectus ordinetur à Græco Episcopo, nisi Latino ritu, & caeremoniis, Romanæ Ecclesiæ, & statis temporibus, vt per Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 84. q. 14. vbi etiam dicit quod quando Episcopus Latinus habet subditos Latinos & Græcos suis moribus vtentes, debet habere Vicarium aliquem Episcopum Græcum, qui Græcis clericis Ordines conferat.

CAP. Cùm distribuendis. XII.

Ordinatus à Papa à nullo potest ad superiores Ordines promoueri sine ipsius licentia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabab. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Henric. Anch. Host. Innoc. Panorm. Butr. Vin. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 281. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 99. remissuè Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 9. c. 4.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Coch. de iuri. disti. Ordinarij in exemptos. p. 1. q. 21. quem refero ego ipse de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 50. n. 22. adde Galganet. de iure publico. lib. 3. tit. 14. n. 15. Vnde ab aliquibus dubitabatur an Episcopus, qui ordinatum à Papa sine eius licentia ad Superiores Ordines promouere non potest, illum indicare valeat, quia qui non potest ordinare, nec etiam indicare potest, c. nullus Primas, 6. q. 1. in quo dubio. Cochier. d. loco asserit huiusmodi exemptum non esse, sed iurisdictioni Ordinariæ subiecti. Non tamen ab Episcopo deponi potest, gloss. & Doct. in c. filium, 1. q. 1. Ego ipse d. p. 3. alleg. 112. n. 12.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordines duo sacri non possunt conferri eidem uno die, vel duobus continuato ieiunio.
- 2 Ordines duo sacri non possunt conferri eidem una die.
- 3 Episcopus conferens eidem una die duos sacros Ordines quam penam incurrat, ostenditur.
- 4 Episcopus ordinans aliquem eadem die, vel duobus continuato ieiunio ad duos sacros Ordines, suspensus est à collatione vtriusque, quovisque à Sede Apostol. absolutionem, & dispensationem impetraverit.
- 5 Suspensionem incurrit, qui eod. die duos sacros Ordines suscipit.

CAP.

CAP. Literas. XIII.

¹ **D**Vo sacri Ordines eidem vno die, vel duobus immediatè continuato ieiunio dari non possunt, quia ex fictione iuris habentur pro vno die, & sic ordinatus suspenditur à collatione Ordinum collatorum, & ordinans ab executione Ordinis, v. g. Sacerdotij donec Papa dispense. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Henric. Anch. Anan. Host. Innoc. Panorm. Butr. Viuian. in *rationali primi libri iuris Pont.* pag. 281. Alagon. in *compendio iur. Can.* pag. 99. remissuè Ximen. in *concord. p. 1.* refertur ab Ant. Aug. collect. 1. tit. 9. c. 5.

² Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt, Gambar. de offic. & potest. Legati de Latere, lib. 2. n. 264. Rebuff. in *praxi benef. p. 1. tit. de clericis ad sacros Ordines malè promotis*, gloss. 1. n. 18. Fr. Emman. in *explicat. Bulla Cruciatæ*, fol. 238. & tom. 3. q. Regul. q. 23. art. 4. & q. 24. art. 3. & Franc. Leon. in *thesaur. fori Eccles. p. 1. c. 4. n. 29.* & p. 3. c. 7. n. 50. Galet. in *margarita casuum conscientie*, verbor. Ordo 3. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 2. n. 180.* Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 11. vbi reuocantur priuilegia quorumcumque Regularium, ne cui liceat duos sacros Ordines recipere vno die, Henric. in *sum. lib. 6. c. 10. §. 3. in com. lit. Q. & lib. 13. c. 38. in fine.*

³ *Ieiunio continuato.*] Notatur ad hoc quòd continuato ieiunio non possunt eidem duo sacri Ordines conferri, si verò conferantur, suspensus est Episcopus à collatione illorum, & ordinatus ab executione, donec Apost. Sedes dispensationem ei indulgeat, vt per Salzed. ad Bernard. in *pract. c. 25. in addit. litera C. post princ.* Henric. lib. 14. c. 38. in *fine*, quia si continuato ieiunio in Sabbato quatuor Temporum vsque ad Dominicam conferantur Ordines in Dominica, censentur vno die conferri. Et reputatur idem tempus & dies si quis die Sabbati fiat Diaconus, & continuato ieiunio in Dominica mox sequenti initietur Sacerdos, Henric. lib. 13. c. 6. §. 5. in *com. lit. D.*

⁴ *A collatione Ordinum, &c.*] Notatur ad hoc quòd Episcopus ordinans aliquem eodem die, vel duobus continuato ieiunio ad duos Ordines sacros, suspensus est à collatione vtriusque quovisq. à Sede Apost. absolutionem, & dispensationem impetrauerit, vt per Marc. Alter. de *censuris*, tom. 2. disp. 16. de *suspens. c. 1. vers. tertius casus*, Memor. cleric. tit. de *suspens. clericorum*, n. 8. refero ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 111. num. 12.

⁵ *Alterum vero ab executione officij, &c.*] Notatur ad hoc quod qui eodem die duos sacros Ordines suscipit, suspensionem incurrit, vt per Sayr. in *floribus dec. sub hoc tit. decis. 57.* optimè Nau. sub eod. tit. conf. 5. in nouis, vbi querit an qui eodem die duos sacros Ordines suscipit, sit suspensus à posteriori, dicendus, an potius censendus irregularis.

S V M M A R I V M.

- ¹ Ordinans puerum ante aetatem suspenditur à collatione omnium Ordinum & ordinatus ab executione Ordinis donec perueniat ad aetatem.
- ² Episcopus ordinans infantem Diaconum à collatione ceterorum Ordinum suspendendus est, quia suspensione durante si alium Ordinibus initiare auderet, fieret irregularis.
- ³ Primam tonsuram infanti conferens per annum eam alteri dare non potest.

- ⁴ Ordinibus sacris insignitus ante legitimam aetatem ab illorum executione suspensus est, & quid attentè constitutione Pij I. l. n. 5.
- ⁶ Ordinatus ante legitimam aetatem aeterna Bulla Pij II. est suspensus perpetuo, donec absolutionis beneficium consequatur.
- ⁷ Presbyteratus Ordinem ante legitimam aetatem accipiens an irregularitatem eo ipso incurrat, ostenditur.
- ⁸ Ordinatus ante legitimam aetatem ignoranter non incurrit suspensionem, nec celebrando irregularis efficitur.

CAP. Vel non est compos. XI V.

Honor. III.

Ordinans puerum 13. annorum in Diaconum suspenditur à collatione omnium Ordinum, & ordinatus suspenditur ab executione Ordinis vsque ad aetatem legitimam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Host. Innoc. Henric. Panorm. Butr. Anchar. Viuian. in *rationali primi libri iuris* pag. 282. Alagona in *compendio iuris Canon.* pag. 99. remissuè Ximen. in *concord. part 1.*

Episcopum à collatione Ordinum suspendentes.] Notatur ad hoc quod infantem ordinans in Diaconum à collatione ceterorum Ordinum suspendendus venit, & non ipso iure suspensionem incurrit, Tabiena verbo, Ordo 3. Maiol. de *irreg. lib. 1. c. 10. n. 9.* Henric. in *sum. lib. 13. c. 38 §. 1. in princ.* vnde non incurtebat irregularitatem, si in Ordinibus, à quorum collatione erat suspensus, ministraret, Rebuff. in *praxi benef. tit. de clericis malè promotis*, gloss. 2. n. 7. remissuè Quaranta verbo, Ordo, in *princ. vers. an.* Secus verò si prædicta durante suspensione auderet alium Ordinibus initiare, fieret namque irregularis, cum suspensus à collatione Ordinum illos conferendo irregularitatem contrahat, Syluest. verbo *suspensio*, n. 5. vers. si vero ab Ordine, quem refero ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 16. n. 8. & 9. aduertens in hoc esse solummodo attendendam penam huius cap. cum constit. Pij I. l. & Conc. Trid. super hoc casu nihil statuant, & Clementis VIII. sanctio illam Sixti V. contra Clericos malè promotos ad terminos sacrorum Canonum reduxerit, Sayr. decis. 23. sub hoc tit.

In conferente verò infanti clericalem tonsuram Bonifacius VIII. sancit ne per alterum tonsuram alteri dare posset, in c. ult. hoc tit. lib. 6. Henric. lib. 13. c. 38. §. 2. lit. O. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. n. 61.* Bonacina de *censuris*, disp. 3. q. 6. puncto 5. n. 25. in *fine*, Marc. Alter. eod. tract. tom. 2. disp. 16. de *suspens. c. in princ.* quos refero ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 111. num. 4. Rationem differentie subtiliter inuestigat Campan. in *diuersorio iuris Canonici*, rubr. 7. c. 4. numero 2. quare conferens infanti Diaconatus Ordinem non tantum à collatione illius, sed etiam ceterorum suspensione dignus sit, & conferens eidem clericalem tonsuram ab illius collatione tantum suspendatur.

Quem ab executione officij, &c.] Notatur ad hoc quod is, qui ante legitimam aetatem sacris fuit Ordinibus insignitus, ab illorum executione suspensus est, donec legitima aetas accesserit, vt per Salzed. ad Bernard. in *pract. c. 26. litera B. vers. Is vero*, Cont. in *Clem. si furiosus*, p. 1. §. 1. num. 4. Rebuff. in *praxi benef. p. 2. tit. de clericis*, ad sacros Ordines malè promotis, gloss. 2. num. 8.

num. 8. Vinian. tom. 1. *comm. opin. lib. 1. tit. 2. n. 112. pag. 68 in fine*, Nauar. *sub hoc tit. conf. 39. numer. 3. in 10. uis*, Henric. d. c. 17. §. 2. Guttier. *canon. lib. 1. c. 20. numer. 19. cum segg.* Fr. Emman. *in summ. p. 2. c. 16. n. 1. & tom. 1. quest. Regul. q. 21. art. 5. 8. & 11.* Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælatorum*, tom. 1. q. 39. artic. 6. Lud. Beja *respons. casuum conscientie*, p. 1. casu 33. Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 6. q. 43. & segg.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. n. 61. & lib. 32. tract. 2. num. 70.*

5 Attenta verò Pij II. constitutione, quam referunt Quaranta verbo, *Ordg. in princ. & Pialec. in praxi Episc. part. 1. c. 1. numero 23*, si quis ante legitimam ætatem ad aliquem ex Ordinibus sacris promoueat, est ipso iure suspensus ab Ordinum executione, & si in eo præsumpserit ministrare, efficitur irregularis, quæ quidem constit. licet tantum de clericis loqui videatur eius tamen dispositio habet etiam locum in Regularibus, vt resoluit Fr. Ludouic. Miranda d. q. 39. art. 6. quem refero ego ipse d. allegat. 16. n. 14. addo Portel. *in dubio Regular. verbo Ordines sacri n. 13.* Aloys. Ricc. *in dec. Curie Archiepisc. Neap. p. 4. decis. 110.*

6 Amplia illam Pij II. constitutionem vt non solum ordinatus ante legitimam ætatem sit suspensus vsque ad legitimam ætatem superuenientem, itavt ipsa accedente cesset impedimentum, vt habebatur in nostro text. provt ex eo colligunt Cou. d. §. 1. n. 4. Salzed. d. c. 26. *lit. B. vers. is vero*, sed perpetuo sit suspensus donec absolutionis beneficium consequatur, post Rebuff. & Tolet. aduertit Quaranta d. *verb. Ordo, in princ.*

7 Amplia etiam prædictam constitutionem, dum habet sacris Ordinibus ante legitimam ætatem promotum efficit irregularem, si in eis præsumpserit ministrare, vt procedat in accipiente Presbyteratum ex vi solummodo ordinationis, antequam ipse solus aliàs celebret, quia cui ordinatur Presbyter, consecrat cum Episcopo, & vitur Ordine Presbyteratus, & ideo hanc opinionem tenet Cou. *in c. alma mater, part. 2. §. 3. numero 5. vers. 6.* Hieronym. à Sorbo *in compendio primil. Mendic. verbo Ordines sacri, vers. item notando secundo*, Nau. *conf. 8. sub tit. de cler. excom. ministr. dec. 4. nouis*, Bonacina de *Sacr. disp. 8. q. vnic. puncto 5. n. 13.* Sayr. *in floribus dec. sub tit. de cler. excom. ministr. dec. 4.* Salzed. ad Bernard. *in practic. c. 26. prope fin. vers. quinto*, vbi attestatur ita tenuisse quosdam grauissimos viros Societatis Iesv. Verum licet hæc opinio aliquando nobis placuerit, contrariam vti benigniorem, & maiori Doctorum calculo fulcitam, ac validioribus rationibus munitam nunc libentius recipimus; nam hanc celebrationem ordinatus facit non ea intentione vt tanquam Sacerdos Sacrum dicat, cum de Missa nihil aliud faciat, quam proferre verba consecrationis, sed ea profert tanquam appendicem ad ipsam assumptionem Ordinis passiuè, & non reformaliter intendit Actus Ordinis exercere; quare hunc sequuntur addit. ad d. *conf. 8. Nauarri, Medina in summ. lib. 1. c. 11. §. 8. F. Emman. in sum. p. 1. c. 68. concl. 2.* Henric. *lib. 14. c. 3. §. 6. in fine.* Soar. *tom. 5. de censuris, disp. 31. sect. 1. num. 71.* Sayr. *cod. tract. lib. 4. c. 16. num. 23. & lib. 6. c. 12. numero 11.* Auila *cod. tract. p. 3. disp. 5. dub. 7. vers. dico secundo*, Quaranta verbo, *Ordo, in princ. vers. ampliatio illa*, Bellet. *disquis. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 5. numero 57. pag. 60.* Vgolin. de *officio Episc. c. 27. §. 6. numero 5. vers. secundo excipitur*, Galet. *in margarita casuum conscient. verbo Ordo 4.* Portel. *in dubio Regularibus verbo Ordines sacri, n. 7.* Et aduertit ad incurrendam huiusmodi irregularitatem non sufficere sacerdotali Ordine ante

legitimam ætatem initiatam, actus illi Ordini contentientes, & deputatos exercere, si non celebret, vt per Nau. *conf. 9. de cler. excom. ministr. in antiq. aliàs conf. 7. de atate, & qual. in nouis*, Fr. Emman. *in sum. tom. 1. c. 166. concl. 1. & q. Reg. tom. 3. q. 23. art. 12.* Bellet. d. §. 5. n. 58. Aloys. Ricc. *in dec. Curie Archiep. Neapol. p. 4. decis. 130. num. 2.*

Limita in ordinato ante legitimam ætatem ignorant, hic enim suspensionem non incurrit, nec celebrando irregularis efficitur, cum Extravag. illa Pij II. puniens Ordines sacros fuscipere præsumptem ante legitimam ætatem ignoranter, & probabiliter credentem se illam habere non includat, ex verbo illo, *tenere præsumpserit*, quod dolum, & temeritatem significat, & non comprehendit illum, qui bona fide, ignoranter, ac imprudenter aliquid facit, ex citatis per Sanch. de *matr. lib. 9. disp. 3. n. 38.* Cened. ad *Decret. collect. 45. n. 3.* Quare hanc limitationem tenent Nau. *in man. c. 27. n. 156 & in c. accepta, opposit. 8. n. 34. de restit. spoliat & conf. 50. aliàs 8 in nouis*, sub hoc tit. Iacob. de Graffis *in decis. areis*, p. 1. lib. 4. c. 17. n. 21. Salzed. ad Bernard. d. c. 26. *vers. primo quod dispositio*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. num. 70.* Fr. Ludou. Miranda *tom. 1. q. 39. art. 6. in fine*, Sanch. de *matrim. lib. 7. disp. 30. prope finem.* Sayr. *in floribus decisionum, sub hoc tit. decis. 53.* Vnde qui testimonio suorum parentum ante legitimam ætatem bona fide ordinatus est, non remanere suspensum, tenent Quaranta d. *verbo, Ordo, vers. quibus sic specialiter*, Bonacina de *censuris, disp. 8. q. unica, puncto 5. num. 13. vers. verum*, Bellet. d. §. 5. num. 60. Vgolin. d. c. 26. §. 6. *vers. excipitur tamen primo.*

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus conferens eidem vna die plures sacros Ordines, etiam si de mandato Metropolitani hoc fecerit, ab ordinandi potestate suspenditur.
- 2 Episcopus dispensare non potest, nisi quando illi dispensandi facultas tacite, vel expresse conceditur.
- 3 Superiori non est obtemperandum quando aliquid aperte, vel occulte iniustum præcipit.
- 4 Testi vario, & sibi contrario non est fides adhibenda.

C A P. Dilectus. X V.

Episcopus eodem die plures Ordines sacros vni conferens, etiam de mandato Metropolitani, suspenditur à collatione Ordinum, donec Papa dispenset. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Henric. Anch. Anania, Host. Innoc. Panormit. Eutr. Vinian. *in ration. primi libri iur. Pontific. pag. 281.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 99.* remissivè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. l. 1. tit. 6. cap. 1.*

[A Canone minime sit permissa.] Notatur ad hoc quod Episcopus dispensare non potest, nisi quando illi dispensandi facultas tacite, vel expresse conceditur, vt per Cardinal. *in presenti*, Abb. *in c. at si clerici, §. de adulteriis, num. 6. de indic. vbi Dec. etiam num. 6.* Emman. *Soar. commun. opin. verbo, Episcopus, num. 134.* Rebuff. *in praxi tit. de dispensat. ad plura, num. 27.* Mandos. *reg. 13. Cancellaria, q. 6. n. 6.* Borgal. *de irregul. p. 3. tit. de dispensat. Episcoporum, num. 10.* Azened. *l. 2. num. 39. tit. 1. lib. 2. zona recop.* Vgolin. de *potestat. Episcopi, c. 57. §. 1. Mare. Alter. de censuris, tom. 2.*

tom. 2. disp. 9. c. 3. vers. sed controuers. quos refero ego ipse de officio & potestate Episcopi. p. 2. allegat. 13. n. 18. Quicquid contrarium; immo Episcopum in sua diocesi omnia posse, quia Summus Pontifex in toto orbe, exceptis tantum ab eodem Pontif. sibi reſeruat, & per consequens intelligi Episcopo dispensandi potestatem concessam, si illam Papa sibi expresse non reſeruauit, teneant plures, quos referunt, & sequuntur Henric. in summa. lib. 10. c. 3. §. 2. & lib. 12. c. 3. §. 2. in com. lit. N. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 61. n. 3. Soar. tom. 4. de pen. disp. 23. sect. 1. n. 1. 3. & de legibus lib. 6. c. 14. sub n. 3. Fr. Ludou. Miranda in manuali Prelatorum, 2. q. 10. art. 10. concl. 2. eos enim cum iudicio reprobo, contrariis bene respondens d. alleg. 33. n. 19. cum seqq.

3 Ipsi obtemperare non debuit, &c.] Notatur ad hoc quod Superiori non est obtemperandum, quando aliquid aperte & manifeste iniustum præcipit, aut quando constat esse tale, quod fuit potestatis limites excedat, vt per Gregor. de Valentia tom. 3. disputat. 5. quest. 3. part. 2. Aldrete de religiosa disciplina tuenda, lib. 2. c. 4.

4 Sapius variat.] Notatur ad hoc quod testi vario, & sibi ipsi contrario non est fides adhibenda, vt per Clar. §. falsum, vers. testis, Menoch. de presumpt. lib. 5. præf. 23. n. 2. & 3. Farin. in praxi crimin. q. 65. n. 56. cum seqq. & conf. 39. a. n. 9. & conf. 55. n. 39. Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. dec. 446. n. 4. in 1. edit. & res. 398. in 3. edit. Cardoso in praxi iudicum, & advocat. verb. testis, num. 73.

5 Ipsi tandiu ab ordinandi, &c.] Vide supra ad c. litteras, hoc tit. verbo, à collatione Ordinum.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus potest dispensare cum iis, qui ordinantur extra tempora, prius tamen imposita competenti penitentia.
- 2 Papa solus, vel Legatus de Latere ex speciali sibi data potestate cum ordinatis extra tempora dispensat.
- 3 Characterem recipit, qui extra tempora constituta ad sacros Ordines promouetur.
- 4 Legiflator quando respondet consultationi non introducit ius nouum, sed ius commune ostendit.
- 5 Intellectus deducens iura contra suam naturam ad gratiam fugiendi sunt.

CAP. Consultationi. XVI.

Gregor. I X.

1 Ordinibus sacris initiatus extra tempora à iure statuta Ordinem recipit, & post penitentiam cum eo dispensat Episcopus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Henric. Imol. Anch. Host. Innoc. Butr. Panorm. Viuian. in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 284. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 100. remissum Ximeni. in concord. part. 1.

2 Probat hic text. dispensationem cum eo, qui extra tempora Ordinibus fuit initiatus, ab Episcopo qui in nulla fuit culpa, obtineri posse, vt post condignam penitentiam susceper. Ordines possit exercere, vt per Salzed. ad Bernard. in pract. c. 26. lit. C. in fine, vbi aduertit à solo Romano Pont. impetrari posse vt ad altiores promoueat; hodie tamen solus Papa, aut Legatus de Latere ex speciali sibi data potestate cum ordinatis extra tempora dispensat, Rebuff. in praxi

benefic. part. 2. tit. de clericis ad sacros Ordines male promotis, gloss. 1. n. 15.

Characterem non est dubium recepisse.] Notatur ad hoc quod characterem recipit, qui extra tempora constituta ad sacros Ordines promouetur, vt per Vgolin. de offic. & potest. Episcopi. p. 2. §. 25. n. 1. in princ. ego ipse eod. tr. p. 2. alleg. n. 8.

In gloss. Poteris, fin. ibi, Quia hic Papa respondet ad consultationem. Notatur ad hoc quod quando iuriflator respondet consultationi, non introducit ius nouum, sed ius commune ostendit, vt per Corlet. in sing. consultationi. 30. incip. quando, vbi docet procedere quando iuriflator respondens consultationi determinat illam per ius commune.

Notatur etiam ad hoc quod fugiendi sunt intellectus deducentes iura contra suam naturam ad gratiam, vt per Nau. in reper. c. accepta, apposit. 1. n. 2. sup. de rescriptis.

S V M M A R I V M.

- 1 Criminosi occulti propter homicidam post penitentiam in susceptis ordinibus ministrant, & ad superiores ascendunt, & ante penitentiam moriuntur, vt etiam in susceptis non ministrant.
- 2 Delictum notorium quod dicitur remissum.
- 3 Homicidium inter grauiora, & horribiliora crimina computatur.
- 4 Homicidium est grauius malum fornicatione, & per inuio.

CAP. Quæstum XVII. & fin.

Criminosi occulti, vt adulteri, periuri, testes falsi, &c. si non sint homicidarii, possunt post penitentiam in susceptis Ordinibus ministrare, & ante penitentiam sunt admonendi ne etiam in susceptis ministrant. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Innoc. Henric. Anan. Panorm. Anch. Butr. Viuian. in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 284. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 99. remissum Ximeni. in concord. p. 1. & 2.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumit Illust. D. meus Rodericus à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus, in comment. ad 1. num. 4. distincti. 47.

Vel alias notoria.] Notorium delictum quibus modis dicatur, dixi de officio, & potestate Episcopi. p. 2. alleg. 39. n. 22. cum seqq.

Præter reos homicidij.] Quia homicidium inter grauiora & horribiliora crimina computatur, Bernard. in pract. canon. c. 94. num. 1. alias 97. in vit. impress. affert nocumentum inmediate personale, & irreparabile. Ego ipse d. tract. de officio, & potestate Episcopi. p. 3. alleg. 1. num. 16. Est enim maius malum fornicatione, D. Thom. 1. 2. q. 73. art. 8. in 3. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 4. c. 20. quest. 1. vers. ad obiecta, & grauius peccatum periurio, Bellam. in c. duo mila, dist. 13. num. 3. Angel. in summa. verbo, periurium n. 8. Less. de iustit. lib. 2. c. 42. num. 75. & horribilius adulterio, c. si quid verum 32. quest. 2. D. Thom. 1. 2. quest. 100. art. 6. in corpore, in fin. Sor. de iustitia, lib. 5. q. 1. art. 3. Corral. lib. 2. miscell. cap. 11.